



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XVI. Kunigund von Esebeck überläßt dem Kloster Marienthal das
Eigenthumsrecht an einem Walde, am 26. Dezember 1301.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

neralis preceptoris, — — omnes redditus siue bona in villa Ellerfele sita, fratribus domus militie Templi atinentia, pro omnibus bonis siue redditibus in area ville Tentzenhoge — — conventui sanctimonialium in antiquo Haldefleue — — dedimus ratione concambii — —. Datum anno domini M^o. CCC^o. I^o. quinto idus Aprilis.

Nach einer Abschrift in dem Halb. Dom-Archive, aus Wöhrlich's Sammlung.

XVI. Kunigund von Ebebeck überläßt dem Kloster Marienthal das Eigenthumsrecht an einem Walde, am 26. Dezember 1301.

In nomine domini Amen. Gesta temporum ne calumpnientur a posteris, scripture commendantur memoriis. Inde est quod nos Conegundis, vxor domini Ludolphi de Esbeke militis, presentibus et futuris tenore presentium publice constitemur, quod requisito et expresse habito consilio, consensu et assensu heredum nostrorum, quorum consilium, consensus et assensus de iure fuerant requirendi, vendidimus honorabilibus viris abbati et conuentui vallis sancte Marie monasterii, ordinis cisterciensis, Halberstadenfis diocesis, proprietatem nemoris nostri siue silvam erga villam Helderise cum omni usufructu ac singulis atinentiis et iuribus ad nos iure hereditario devolutam cuius confines sunt in parte orientali silve dominorum sancti Ludgeri prope Helmstad, in occidentali vero parte silva Heifonis de Wellendorp, pro dimidia marca Stendalensis argenti usualis ponderis, quam in nostros usus conversam et integraliter nobis recognoscimus perfolutam, Renunciantes pro nobis ac nostris heredibus omni iuri, quod in dicta silva dinoscimur habuisse, Transfereutes eciam in dictos Abbatem et conuentum quicquid iuris in dicta silva nobis et nostris heredibus competebat, Promittentes etiam per presentes dicte venditioni per nos vel per alios directe vel indirecte ullo unquam tempore nullatenus contraire. Huius venditionis nostre testes sunt Gevehardus de Alvensleue senior, Burchardus de Berwinkele, Henricus de Dovenstede, Pincerna, Johannes de Wellen, milites, Castellani in Alvenfleue. In cuius rei evidens testimonium nos Conegundis predicta quia sigillum proprium non habemus rogavimus dominum Ludolphum de Esbeke, maritum nostrum, ut sigillum suum presentibus duceret apponendum. Nos quoque Ludolphus de Esbeke, miles, uxoris nostre Conegundis tam dicte precibus annuentes et ipsius approbantes venditionem, Presentem literam sigillo nostro fecimus communiri. Datum anno domini M. CCC. I., in die beati Stephani, datum in Aluenfleue.

Nach Pol. Leyser, Opuscula S. 171.